

confugiant, effectus illos pro miraculis iudicantes; quod etiam extra Christianam Religionem & nunc accidit, & olim evenit, semperque in futurum eveniet, quod optime demonstravit Lucret. lib. 6. de rer. nat. his verbis:

Cetera, qua fieri in terris, Coloque tuentur Mortales, pavidis cum pendens mentibus saepe Efficiunt animos humiles formidine Divum, Depressisque premunt ad terram, propterea quod Ignorantia causarum conferte Deorum Cogit ad imperium res, & concedere regnum: Quorum operum causas nulla ratione videte Possunt, haec fieri divino numine ventur.

Ex ignorantia ergo admiratio, & ex admiratione Deo tanquam miracula tribuuntur ea, quae non secus ac caetera omnia Natura operante eveniunt, contra autem cognitio causarum, quae ex Philosophia habetur, admirationem tollit. Plutarch. in lib. de An- dia, off. De hac eadem causa loquebatur Hipp. no- ster in lib. de morbo sacro dicens: Homines vero ex im- peritia, & admiratione, ei (nimirum morbo sacro) Naturam quandam, & causam divinam inesse cen- suerunt, quod nulla in eo reliquorum morborum si- milis esset, & praecognitio inopia, quod morbum non cognoscunt, illi divinitatem asserunt. Haec Hip- pocrates, quod quidem etiam nostris temporibus eodem modo in aliis multis evenit; cum enim mor- bum curatu difficilem, aut accidentia rara, & aliis morbis non consueti habentem offendimus, illico vel ad Daemonia, vel ad caeteras metaphysicas cau- sas eos referimus; ita ut plures eorum, qui Dae- moniaci existimantur, melancholici sint, aut ex utero la- borantes, ut alias dixi, ob symptomatum enim novita- tem ac raritatem tales existimantur; neque solum indoctos, & idiotas decipi aliquando contingit, sed etiam doctos viros, id ipsum ergo in miraculis cele- brandis evenit. Verum quia ex ignorantia nihil un- quam boni emanare potest, cum ipsa per se mala sit, omnino abigenda est, & idcirco a doctis semper ver- itas expectanda, eorumque iudicium in his maxime expetendum.

S V M M A R I V M.

- 1 Prophecia quid. & num. seqq.
- 4 Praedictiones multa sunt, quae tamen prophetae non sunt.
- 5 Ars, & Natura ex aliquorum sententia vim habent in futurorum praedictione.
- 6 Divinatio datur in verum Natura.
- 7 Medicina habet partem divinatricem.
- 8 Medicina nihil certi praevideat, aut praedicere potest, sed tantum conjecturatur.
- 9 Medicinae ars non promittit certam praedictionem futurorum eventuum.
- 10 Medicinae artis fallacia in praedicendo, unde sit.
- 11 Astronomia maxime ad Propheciae naturam accedit. Vide ibid.
- 12 Astrologia digna est, ut a scientiarum amatoribus intime cognoscatur.
- 13 Astrologia nihil quod futurum sit pro certo praedicere potest, sed omnia conjecturatur.
- 14 Quibus modis naturaliter contingat Prophecia.
- 15 Melancholica temperativa maxime apta est ad divinationem.
- 16 Melancholicis morbis detenti, & prophetae, & aliena lingua non edocti loqui, & alia multa mirabilia facere traduntur. (Aristotele.)
- 17 Divinatio per somnia non temere est asserenda ex

- 18 Moribundis divinatio solent.
- 19 Herbae quaedam, lapides, gemmae, Aquae divinationem procurare creduntur.
- 20 Ex prophetae dono non potest quis tanquam ex miraculo in sanctorum numerum redigi.
- 21 Prophecia tum bonis, tum malis communis.
- 22 Prophecia non est inter miracula, sed potius inter admirabilia rependa. Contrarium num. seq. & num. 40.
- 24 Futurorum praedictio apud Veterum nonnullis a Natura iam aliena habita, ut Deos ipsos in ea mentiri voluerint.
- 25 Futurorum praedictio si vera sit, a Deo non emanans, per accidens vera est.
- 26 Certitudo futuri eventus in vera Prophecia requiritur.
- 27 Certitudo eventus in quibuscumque divinationibus desideratur.
- 28 Casu interdum praedicta, qua ratione vere fuisse praedicta ab exitu contingat.
- 29 Melancholia maxime confert ad prudentiam.
- 30 Praedictio quacuq; a Melancholicis facta, casu fit.
- 31 Prophetantes, & divinantem non intelligunt quicquam eorum, quae prophetae, aut divinant.
- 32 Non omnes, qui Melancholicis morbis tenentur, divinare solent.
- 33 Praedictio futurorum est perfectioris, & sapientioris Intellectus. & num. 37.
- 34 Somnia, quae a copia, & qualitate humorum procedunt, habent aliquam significationem.
- 35 Cardanus vanitatis notatur.
- 36 Somnia quaecumque vana sint quoad futuri praedictionem.
- 38 Non omnes, qui somniant divinare dicuntur, sed certum pauci.
- 39 Anima in moribundis minus recte suas functiones exercere potest ob instrumentorum defectum.
- 41 Ex Daemonis ministerio an possint futura certo praedici, aut cognosci.
- 42 Daemon nihil agere potest, quod Naturae vires ex- pereat.
- 43 Daemonis opera non nisi ea, quae aliquam conexio- nem habent cum rebus praeteritis, aut presenti- bus, possunt praevidei.
- 44 Propheciae non potest Daemon.
- 45 Daemon contingenti futura ignorat, probabiliter ta- men conjecturat.
- 46 Hominem non posse, nisi Daemonis opera, futura di- vine, quomodo accipiendum.
- 47 Hippocrates ex Physionomia malos, aut bonos mores denotat.
- 48 Ex mala aut bona facie, bonitatem aut malitiam deprehendimus.
- 49 Deformitas corporis malam mentem arguit.
- 50 Deformitas insignis impedit ordinem susceptionem.
- 51 Vbi torquendi plures Rei sint ad eliciendam verita- tem in paritate indicatorum, ab eo incipiunt Indi- ces, qui pejorem habet effigiem.
- 52 Praesagium ex Physionomia nullam habet certitudi- nem.

De Prophecia, seu rerum futurarum praedictione, occultarumque cognitione.

Q U A E S T I O V.

Sed quemadmodum, ut ex superiori quaestio- ne patet, ob alteram ex commemoratis causis multi

multi multos effectus mere naturales miraculosos iudicant, cum non sint, sic e contra pernicaces quidam Philosophi, & impia temeritate insignes, multa, quae vere & absolute miracula sunt, ad effectus & causas naturales reducere conantur, Naturae opera tribuentes, quae solius Dei virtute fieri possunt, sic & non aliter miraculosa opera in fidei no- strae, & Catholicae veritatis testimonium ac confir- mationem emanantia diminuere tentantes, insimul- que eius fundamenta concutere volentes. Itaque ad horum temeritatem coercendam operae pretium esse duxi, ad quaedam particularia descendere, demon- strando quaedam a Natura nullo modo esse posse, sed semper supernaturalem ac divinam virtutem re- quirere, & in consequens vere & absolute miracu- la esse, praecipue autem ea talia fuisset, quae tam in ve- teri, quam in nova Sacra Historia enarrantur, hinc etiam apparebit, quantum proprie miracula sint, ob quorum vim & apparentiam, quantum ex ipsis est, possit quis in Sanctorum catalogum recipi, quan- tum insufficientia sint, & de quibus non sit curan- dum, quod Naturae vires non pertransierint.

Ac primo loco de Prophecia & divinatione ser- monem habeamus, de qua qui multa scire desiderat, legat praeteris Delrium *disquisit. magic. lib. 4.* & Torreblanc. in *Epit. delir. lib. 1.* & ex nostris Card. *lib. 14. de variet. cap. 48.* Peucerum *de omni divinat. genere.* dicitur autem Prophecia, divina inspiratio rerum a nobis procul distantium, eventa immobili veritate, & maxima cum certitudine praenoscens, at- que denuncians. Mart. *Delr. disquisit. magic. lib. 4. cap. 1. quest. 1.* vel brevius cum Cassiodoro, ex quo repetit *Medices cit. lib. 1. quest. 21.* & Torreblanca *in Epit. delir. lib. 1. c. 1. n. 54.* est inspiratio vel reve- latio divina, rerum eventus immobili veritate denun- cians. Ego hic Propheciae nomen tantisper latius ac- cipio, ac magis Philosophice, nempe prout intelligen- mus, Propheciae esse certam futurorum praedictio- nem, ex infallibili praecognitione emanantem, offen- dere enim hic paratus sum, hanc certam, & infalli- bilem futurorum praedictionem nullo modo posse a Natura proficisci, quemadmodum neque certas oc- cularum rerum cognosciones. Praedictiones enim multae quidem sunt, aut fieri dicuntur, quae nequa- quam Propheciae nomine dignandae sunt, nisi id per nominis abusum fiat, quia nullam habent praedictio- rum eventuum certitudinem, ut Prophecia habere debet. Videndum autem quonam sese extendant caeterae praedictiones omnes, & quantum, & quare- nus futura annunciare valeant, ut appareat dehinc, Propheciam semper effectum esse miraculosum, & ex Inspiratione divina, & causa supernaturali, nun- quam autem ex naturali emanantem.

Præsupponunt igitur hominum plerique, tam Ar- tem quam Naturam in futurorum praedictione vim habere. Et ante omnia dari in ipsa rerum natura di- vinationem, communi hominum consensu, & infinitis paene experimentis probant, & universaliter, ut Ci- ceronis verbis utar in *prim. lib. 1. de divinatione*: Gen- tem quidem nullam videmus, neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem atque barba- ram, quae non significari futura, & a quibusdam in- telligi, praedictique posse censent. Sed hoc, ut dixi, simpliciter ex ipsa Naturae vi interdum, alias vero ex arte contingere posse existimatum est. Primo au- tem artes, quae id ex proposito, ac praecipue promittunt, (ut earum quaedam praeterea, quae ad ri- diculam usque vanitatem excreverunt, ut omnes au-

Lib. IV.

gurandi artes, & per lineas manus aut frontis praed- icendi, nempe Chiromantia, & Metoscopia, di- vinationem per somnia, & hujus farinae alias; qua- rum nomina & instituta si quis scire cupit, legat Car- danum de sapientia *lib. 4.* & Peucerum *de omni divi- nat. genere.* & Mart. *Delr. disquisit. magic. lib. 4. per totum*) sunt Medicina, & Astrologia.

De Medicina ergo certum est, eam non modo particulares hominum propensiones ac passiones ex temperamento, & corporis habitu posse cogno- scere, quod facillimum existimatur, sed etiam futu- ros, & imminentes morbos praenunciare, &, quod plurimum expetitur, eorundem morborum eventus praedicere, nempe mortem ex iis securam, aut futu- ros abscellere monere, aut tutam sanitatem promit- tere; ipsorum etiam morborum recidivas, aut trans- mutationes, partiumque ex ipsis morbis futurae lae- siones praevidere. haec enim omnia, quae Propheciae naturam sapere videntur, ab ipsa arte promittuntur, unde quantum ex ipsa est, non videtur, futurorum praedictionem esse miraculosam, nec consequenter semper supernaturalem causam habere.

Sed etiam si haec veritatem aliqua ex parte in se contineant, notissimum tamen est, & ab hominum nullo negandum, artem hanc licet inter omnes no- bilissimam, & sensu ipso stabilitam, nihil omnino certi unquam posse praevidere, neque praedicere, sed omnia sola conjectura assequi, quod recte infi- nuabat Hipp. *2. Praedict.* Ego autem, dicens, hujus- modi scilicet Medicos, vates esse nolo, sed signa de- scribam, ex quibus quis sanos fore, aut mortuos homines conjectura cognoscat, quasi diceret, non est in Arte Medica, futura quomodo eventura sint certo cognoscere, hoc enim Vatum ac Prophecia- rum proprium est, non Medicorum, qui tantum conjecturaliter per signa quaedam futura praevide- re possunt. Recte igitur Cicero *citato lib. 1. de divina- tione*, Medicorum praedictiones inter divinationes connumerari non vult: nam si quid unquam in me- tendo evenit, quod Medicorum praedictionibus re- spondeat, id quidem omne per conjecturas assequi- ti sunt, & per accidens dehinc eo modo evenit, non ex ipsius artis praedicti certitudine; nos enim ipsi nostrae artis fallacia in praedecendo non sine honesto rubore confiteri cogimur. Admirandas autem Ga- leni, & aliorum praedictiones, praecipue autem Car- dani, ego quidem quantum in me est satis superque admiror, scio tamen doctissimos quosdam viros eas risu exceperisse, & tanquam ab ipsismet auctoribus confictas (quod ego non admiserim) aspernatos, scientes artem posse sibi haec promittere, neutquam autem artifices, forsitan ob vitae brevitate, ea asse- qui posse, ego tamen libenter concedam Galeni, & Cardani, aliorumque quorundam ingenia caetero- rum omnium ingenia excellentia superasse, non tamen eorum praedictiones quicquam certi habere potuisse existimandum, ita ut praedicta de necessita- te sic contingerent, neque possent alio modo, quam praedicta ab ipsis erant, evenire; ars enim id omnino non promittit: immo nos in praesentiarum neque Galeni, neque Cardani, neque hujusmodi Medico- rum praedictionibus similes facere scimus, neque alios, qui similes faciant, aut audimus, aut videmus; immo ingenue cum veridico praepetore nostro Hipp. *2. Praedictor.* dicamus: Praedictiones Medico- rum referuntur permulta tum praeclearae, tum ad- miratione dignae, quales neque quidem praedixi, neque quemquam, qui praediceret, audivi.

ij. S

Cate-



16 Cæterum Artis fallacia in prædicendo non tam ab ipsius artis insufficientia, quam ab ipsorum individuorum natura, & diversitate procedere existimanda; non ergo ob id ars inculanda est, aut artifices, præterquam quod multa alia in nostram tutelam, & artis ipsius venire possunt, quæ pro nunc conticebo, ne potius artem, quam profiteor, à calumniis defendere ac vindicare, quam instituti operis telam profæqui velle videar.

11 Astronomia porro multo plura promittit, & ars divinatoria dicitur, & ad Prophetiæ naturam accederet, si quicquid artifices sibi promittunt, assequerentur. ex superiorum enim corporum, ac Sphærarum motu, & Planetarum cæterorumque siderum malo aut bono aspectu inter se, ipsorumque loco, & postura, & ex mille aliis circumstantiis non modo ea quæ ex quadam Naturæ proprietate quasi ex necessitate hominibus eventunt, ut morbos, & interitus, alioque casus, sed etiam ea, quæ ex ipsa volubili hominum voluntate, & ex incertissimo eventu dependentia habent, prædicere, ac certo præmonstrare ex arte promittunt, sed quid circa eam scientiam ipse sentiam, libere, & nullo impulsu affectu, aut scientie ipsius amore deceptus, non hujus, aut illius præceptoris, aut cuiusvis docti auctoritate permotus, edisseram, si ante illud admonebo, me Astrologiam, & Astronomiam pro nunc confundere, & utramque pro una accipere. Itaque Astrologia digna quidem est, ut à scientiarum amatoribus non ignoretur, immo potius ut intus, & in cute cognoscatur, quod ex Hipp. & Galeni, & multorum doctissimorum Medicorum auctoritatibus clare patet, & notat inter Iureconsultos Vinc. Carrar. de Med. & ejus offic. par. 2. n. 365. eam enim partem, quæ multa continet vera, realia, & scitu tum dignissima, tum jucundissima, nimirum, quæ colorum stellarumque motus, & accidentia reliqua considerat, criminari minime possumus, quod falso Prophetiæ nomen sibi arroget, quia ab ea longe se abesse proficitur, cum eventus solum prædicat de necessitate Naturæ contingentes. D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 1. Aliam autem partem plerique criminantur, quod præterquam hæbet commentitia, & ab hominum speculatione conficta, ad ipsam prædicendi artem confirmandam ac stabilendam. Motus, inquirunt, Planetarum, & mutæ eorum Syzygie, vel aspectus, & congressus, eorumque motuum, & aspectuum, & congressuum inordinatus ordo, non modo per ipsam Astrologiæ artem, sed & per ipsos sensus percipiuntur, quin etiam & aeris mutationes, ventorum incurfiones, corporumque alterabilium quædam alterationes, ex iisdem motibus, & aspectibus quadam conjectura venari posse, ejus artis proprium est. Cæterum addunt, ab ipsismet Sphærarum astrorumque motibus, aspectibus, & congressibus ea, quæ ab accidenti, & hominum voluntate libera pendent prævideri posse, vanâ, absurdamque curiositate videri, si enim contemplatus optime fueris plura eorum, ex quibus accidentia nobis eventientia prævidere ea scientia five Ars promittit, imaginaria omnia ac commentitia reperies, quin etiam Artis ipsius axiomata quædam, immo & ipsa principia omnibus acceptissima, si intime examinaveris, clare videbis, inquirunt, ea nullum habere fundamentum reale. Astrorum quædam bona esse, quædam mala, quædam fortunata, quædam infausta ac infelicitata, nec à priori, nec à posteriori probabile videtur; multo minus aspectuum quosdam amicos esse, quosdam inimicos, item locorum in Cælo quædam apta, quædam inepta, quædam felicia, quæ-

dam infelicia: proprietates etiam quædam ipsorum locorum, & Planetarum, ut quod Horoscopus personam nati, occidens uxorem, medium cælum honorem, immo cælum bona stabilia; quod anguli sint loca fortunata, domus cadentes infelicitata, quod sol denotet Reges, Jupiter Religiosos, Mars milites, & aliorum singuli magis unum personarum genus, quam aliud, item quod magis unus, quam alius signi gradus ad certum quid faciat, & cætera omnia à prædictis non dissimilia, anicularum deliramentis comparanda illis videntur. Hæc & infinita alia contra Astrologiæ scientiam plerique in medium afferunt, quæ qui peculiaris cognoscere desiderat, præter alata à Mirandul. in lib. cont. Astrologos, & ab aliis, videat Valles. in lib. de sac. Philo. cap. 3. & Alex. de Angel. in lib. ad hanc rem dicato. Roderic. à Castr. in suo Med. polit. lib. 2. cap. 2. Torreblanc. in Epitom. delicti. lib. 1. cap. 7. & 8. quibus tamen satisfacere se dicunt magna ex parte Astrologi. Quomodocunq; tandem sit, si quid prædicere ea pars Astrologiæ potest, 13 quæ circa elementorum aut corporum alterationes prædicat, id nunquam cum certitudine facit, sed tantum conjecturaliter. Ac denique dato, quod aliqua Ars sit, quæ futura prædicere doceat, atque id quomodocunq; assequatur, id tamen certum est, hoc ex præexistenti scientia, & falso aliquo fundamento in aliquibus rebus contingere, cum Prophetia ex nulla præexistente cognitione, & ex nullo præexistente rerum fundamento contingat. Verumtamen non solum arte futura prævideri posse plerique etiam ex doctis sibi persuadent, sed etiam ex Naturæ ipsius proprietate, idque multis modis; ex dispositione nempe, & temperatura melancholica, ex morbo aliquo item melancholico, ex somniis, ex actu separationis Animæ à corpore, & ex aliis; & ut à melancholica dispositione initium fumamus, videntur 15 etiam ipsi Philosophi in hoc convenire, quod Temperatura melancholica apta maxime sit ad divinationem, futurorumque prædictionem, unde ea temperatura dotata, divinatoria etiam & prophetica somnia habere dicuntur ab Arist. Moral. Eudem. lib. 7. c. 18. & ab Aretæo, quem adducit Mercur. Præf. lib. 1. c. 10. quin etiam Alex. Trall. lib. 1. sue Med. cap. 13. & Paulus lib. 3. cap. 14. voluerunt, quod melancholicis morbis tentati divinare futura soleant. immo & ipsos Prophetas, Sibyllasque cæterosque omnes, qui vaticinio clari extiterunt, melancholicos temperatura fuisse volunt. Io. Haer. in exam. Ingen. cap. 4. live hoc ita ex divina dispositione eveniret, five per accidens, five à priori, seu à posteriori, quæ quia non quod essent Melancholici prophetarent, sed quod prophetantes fierent Melancholici ex assidua mentis abstractione in res divinas, & oracula propalanda. Cæterum adeo sibi persuasum habent Philosophi, Naturam in ea re id posse, quod ex ejus solummodo dispositione quis Propheta seu vates evadat, ut conditiones etiam nonnullas afferant, quas concurrere necesse sit in eo, qui Propheta futurus sit, & maxime interpres somniorum, & vide, si libet, ipsos Philosophos in lib. de divinatione per somnia.

Præter hæc autem ad firmandam Prophetiam naturaliter posse contingere, nonnullæ adduci possunt experientie. Narrat Plin. hist. lib. in Hysia Boeotia urbe puteum exitisse, ex quo qui ebibissent futura vaticinabantur. & lib. 2. cap. 103. Colophone in Apollinis Clarii specu lacunam esse, cuius potu mira reddantur oracula bibentium breviora vita. Testatur item Ioan. Leo. sue Aplice par. 3. in Aphri-

ca in regione Fetza multos esse Prophetas & divinatores, qui responda ut plurimum infallibilia reddant. & ratio fortasse est, quia ea regio plures producit temperaturas melancholicas. quin etiam, quod ex superioribus aquis jaçtatur, ex eo evenire potest, quod earum aquarum potus homines dementes & melancholicos efficiat. eam autem vim in effingendis vatiibus melancholici humoris inesse illi, probatur ex ipsis melancholicis morbis, quibus dementos prophetare, alienam linguam personare, absque eo quod illam didicerint, carmina componere, & disertissime loqui, cum extra morbos ignorantes earum rerum fuerint, occultus hominum cogitationes revelare, & alia id genus maxima cum admiratione, immo stupore audienda, testes sunt tam multi, ac tam præclari viri, ut non nisi impudentis ac pervicacis nomen mereri videatur, qui contra dicere paratus sit. Videndi autem præter Trallianum, & Ægnetam supra adductos, præcipue Concil. diff. 32. Lemn. de Occult. Nat. mirac. lib. 2. cap. 2. Io. Haer. in exam. Ingen. cap. 4. Celalpin. de Dæmon. nat. cap. 13. Forest. lib. 10. Observat. 19. in schol. & alii apud Schench. lib. 1. Observat. tit. de Mania, qui omnes, & alii quos enumerare non interest, varios casus circa hoc particulare enarrant, quorum similem mihi nunquam vel extremam diligentiam adhibenti licuit videre. mirum est quod Card. lib. 8. de Var. cap. 43. narrat de quodam, qui cum Italus esset, nec unquam in Germania fuisset, ac ne per summum quidem Germanicam linguam calleret, tamen Germanissime loquebatur, quod illi ob vermium copiam, quam in corpore habebat, contigisse vult. atque alia insuper non dissimilia narratur. suspicatus tamen sum, videns interdum amens quosdam utriusque sexus concionantes, carmina pangentes, & plura effutientes, hos esse illos, de quibus ea miracula narrantur; at nullam ab illis unquam extorquere Prophetiam potui, neque ullum sonum Latine aut alterius linguæ audire, nisi absurdum & inconcinnum: non enim patior ego in hunc rebus decipi, aut me ipsum decipere, ut nonnullis facilitate expertus sum, qui adeo avidi sunt miracula prædicandi, & admirationem audientibus concitare, ut ea quæ neque vident, neque audiunt, neque ullo sensu percipiunt, & videre, & audire, ac plenis sensibus percipere se dejerare non timent. Quomodocunq; autem sit, ii melancholici, quos tam mira efficere supraicitati auctores prædicant, alterius fortasse generis ab iis erant, quos ego vidi.

Sed præter hæc celeberrima inter naturales divinationes ea est, quæ per somnia fieri dicitur, quam etiam plurimi facere visus est Hippocr. in libello 17 ad hoc argumentum dicato, & de qua illud pronuntiavit Aristot. in simili item libello, non esse nimirum eam temere aspernandam, immo ceteri Philosophi, ut Dicearchus, referent Cicerone lib. 2. de divinat. qui omnia vaticiniorum & divinationum genera deridebant tanquam vana, hoc unum admiserunt, quod etiam admisit Galenus noster quippe qui ex Patris infomnio Medicinæ se operam dedisse tradat 9. Method. cap. 4. & de præcognit. ad Pesth. cap. 2. & qui ex infomnio quodam motum se in medendo proficitur, ut de sectione totali arteriæ, lib. de cur. rat. per sang. miss. cap. ult. sed & ipsam Medicinæ artem comparatam fuisse divinis infomniis ex dignis auctoribus Tiraq. de nobil. cap. 31. nu. 24. tradidit, & ex eo Carrar. de Medic. & ejus offic.

par. 2. nu. 15. quamquam enim hæc prophetica non fuerint, docent tamen nos, infomnia vana non esse, sed habere in se aliquando divini aliquid, ita ut persuaderi facile possimus, etiam divinationem per ea possibilem esse, & vide adducta à Polyd. Virg. lib. 2. de Prodig. nam plura quoque prophetica somnia enarrantur, quorum plura apud Cicer. videntur offeruntur lib. 1. de divinatione, & apud Recentiores alia permulta legere licet, ut apud Koroman. de mirac. vivor. tit. de somniantibus. & præ omnibus duo pulcherrima apud Fracastorium lib. 2. de Intellectione.

Sed quid Philosophorum Medicorumque sententias & opiniones ad eam rem corroborandam congero? an non veritas ipsa ex Sacra pagina luce meridiana clarior apparet? quippe quæ permulta prophetica somnia contineat, ut Abimelechi, Isacobi, Iosephi, Pharaonis, duorumque ferorum ejusdem, Nabuchodonosoris, & Madianitæ cuiusdam, quæ posteriora magis naturalia esse videntur: ac denique Deus ipse, ut narratur Numer. cap. 12. vers. 6. per somnia nostræ menti sese insinuat, ita enim ibi: Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnia loquar ad illum; quod etiam firmabat Iob. cap. 33. vers. 14. & seq. dicens: Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit; Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: Tunc aperit aures virorum, & erudiens instruit disciplina. Neque dissentiant ab hoc profani auctores, quin ipsi Hippocr. in libello de Infomniis, somnia quædam à Diis immitti edocet, ita ut hinc facile pateat, divinationem per somnia tanquam in rerum Natura familiarem esse & bonis, & malis communem, cum & boni & mali habuerint interdum prophetica somnia, ut ex prædictis historiis palam est. Restat denique alia experientia ex moribundis desumpta; hos enim conluevisse interdum divinare, testatur Plato in Apologia Socratis, & confirmatur id ipsum exemplis nonnullis à Cic. in 1. de divinat. adductis. Sed ante hos Homerus, rerum naturalium peritissimus, quasi id ipsum insinuas, moribundum Patroclum Hæctori mortem prænuñciantem facit Iliad. lib. 16. inquit:

Hunc autem languens allocutus es Patrocle equitator, &c.

Aliud autem tibi dicam, quod tu in animum reponiturum,

Ne tu quidem ipse diu vires, sed tibi jam

Prope imminet mors, & fatum violentum

Manibus domito Achillis incipit Æneidæ.

quin etiam Hæctorem similiter morti proximum divinantem introducit Achilli mortem per manus Patridis his carminibus:

Hunc vero moriens allocutus es fulmineus Hæctor.

Certe te bene cognoscens divino, neque enim etiam

Persuasurus, certe enim tibi ferreus intus animus.

Vide nunc, ne tibi aliqua Deorum iræ castiga sim

Die illo, quo te Paris, & Phæbus Apollo

Strenuum licet existentem perdet ad Scæas portas.

Homeri locum hunc imitatus quoque est ad idem docendum, & firmandum Virgil. Æneid. lib. 10. carmine seq.

Ile autem expirans, Non me, quicunque es, inulto

Vider, nec longum letabere, te quoque fata

Prospectant eadem, atque eadem mox arva renebis.

Neque gravabor ea quoque carmina, quæ ad horum imitationem in suo Poëmate inscribit Tassus noster,



nofter, cum his recitare, quæta habent Cant. 9. ft. 79. & feq.

*Ei gli occhi graui alzando all' orgoglio  
Parole in fu l' morir così rifpofe.  
Non tu, chiunque, di quefta morte  
Vincitor licet baurai gran tempo il vanto,  
Pari deftin t' afpetta, e da pin forte  
Deftro à giacer mi farai ftelo à canto.*

Hinc omnibus his prædictionibus effectus suos fuiffe confecutos omnes teftantur; quæ tamen ab illuftribus hifce Poëtis non tam Poëtice dicta funt, quam fecundum id, quod hominibus perfuafum eft, efle nimirum fecundum naturam, ut homines mori proximi diuinent ac prophetent; cui opinioni opitulari videntur Iacob, & Moyfes in hiftoria facra, uterque enim moriturus ventura filiis, & populo Hebræo vaticinatur, ut de illo *Genef. cap. 29.* & de hoc *Deuteronom. cap. 33.* recenletur. plura quoque alia exempla de moribundis vaticinantibus recollegit Korzman. *de mirac. mort. par. 4.*

His ergo omnibus experientis probari ea opinio videtur, quæ vult, Prophetiam à Natura interdum efle; quibus etiam addi poffet, quod à quibusdam traditur, herbas tempore nonnullas, lapides, gemmas, & aquas certo tempore ac certo modo in ufum conuocatas diuinentes homines facere. quorum nonnulla referuntur à Plin. *lib. 37. cap. 10.* qui etiam *lib. 30. cap. 3.* idem de corde Talpæ adhuc palpitate devorato firmat, & de quibusdam lapidibus, quod diuinare faciant, fi credere dignum eft, docet *Card. lib. 7. de fubtilit. in princ. & lib. 14. de var. cap. 48.* qui etiam diuinationem non tanti facere videtur; facilius enim credit per quædam medicamenta procurari diuinationem, quam fomnia; vide quæ ipfe fibi fomnia fingat! fed quid mirum de ejus vana credulitate, qua gemmas nonnullas bonæ ac malæ fortunæ cauffam efle poffe, fibi perfuadeat?

Sed cum ex cæteris non tantam futilitatem fapientibus pateat, hominem naturaliter diuinare poffe, mirum poft hac efle non debet, fi Prophetiam non tanti faciat Ecclefia, ut ex ipfa, tanquam ex miraculo in fæctorum numerum redigi quis poffit. 20  
21 Malcard *concl. 262. num. 8. tom. 1.* eft enim Prophetia tam bonis, quam malis communis. Cæl. Rhod. *leñ. Antiq. lib. 21. cap. 37.* Torreblanc, in *Epitom. delict. lib. 1. cap. 1. num. 44.* & ex noftris Card. *lib. 1. de Sapientia verf. fin.* Non erit ergo ex his Prophetia inter miracula reponenda, fed potius inter admirabilia, & ea, quæ eventu rara quidem funt, fed tamen à Natura proveniunt. Plura in fuper ad hanc rem adducta funt à Vallef. in *fua facra Philofophia cap. 30.* ubi pariter omnia doctiffime confutantur. Legat autem apud ipfum, qui familia luculentis petraçata defiderat.

Ego pro viribus his quæ adduxi refpondebo, eam conclusionem ante pro indubitata ac veriffima apponens, Prophetiam nempe, & rerum futurarum prædictionem, occultarumque præfentionem ex fe, & ex fui natura fuprà naturalem rem, & à Deo efle. D. Tho. 2. 2. *quæft. 95. art. 1.* Iamblic. *de myfter. Ægypt. Segm. 10. cap. 3.* Torreblanca in *Epitom. delict. lib. 1. cap. 1. num. 12.* atque hoc pacto erit omnino miraculoſa; unde quodcumque probari poffit, fi bonæ vitæ fit adiuncta, non minus ac cætera quæcumq; miracula, verum ac fufficiens efle poterit veritatis teftimonium. Nam cum, ut jam dictum eft, Prophetia fit certa & infallibilis enunciatio futurorum abſque ulla præexiftentia phantafmatum, ex

quibus firmari poffit talis enunciatio, patet quod, cum nulla enunciatio, nullumque difcurfus in via naturæ fieri poffit abſque ea phantafmatum præexiftentia, futurorum autem nulla exiftat hujufmodi præexiftentia (de iis loquitur, quæ ad prophetiam pertinent) abſque dubio nulla hujufmodi enunciatio in via naturæ erit poſſibilis: tamen enim nonnulla enunciatur futura ab aliquibus, quæ poftmodum, ut prædicta funt, eveniunt, tamen femper aut alterutra, aut utraque conditione deftituuntur, nempe quod non enunciatur abſque ea phantafmatum præexiftentia, ut quæ Aftronomi de futuris Lunæ Soliſque laboribus, & de congreffibus Planetarum, aliarumque stellarum prædicant, & quæ Politicus exempli gratia de futuro Imperatore, aut alio quocumque Principe diuinare videntur, aut quod non fortiantur certitudinem eventus, quam certitudinem requirit Prophetia, ut prædicta diuinatione de futuro Principe, poteft enim ea aut non ut prædicta eft, contingere, aut alio modo, unde manifeftum eft, non poffe in via naturæ hominem prophetare. Non defuerunt autem ex Philofophis aliqui, quibus hæc conclusio acceptiffima fuerit, imo aliqui tam difficile futurorum prænotionem exiftimarunt, & tam ab ipfa Natura alienam, ut etiam Deos ipfos circa futura mentiri aliquando firmaverint. & vere Prophetiam ad divinam naturam pertinere, clare offendit illud Hæc. *cap. 41. verf. 23.* Annunciate quæ ventura funt in futurum, & ſciamus quæ dii eſtis vos. Fuit & ejus opinionis Porphyrius referente Cælio Rhodig. *lib. 2. leñ. Antiq. cap. 12.* Licet vero ad noſtra conclusionis tutelam pleniffime, & undequaque fatiffacere poffint ea, quæ adducta funt à Cicer. *lib. 2. de divin. per totum,* & à Iamblico *de myfter. Ægypt. Segm. 3. per totum,* & ex recentioribus à Vallef. *loco citato,* & ab aliis, qui de diuinatione contra Aftrólogos nuperime ſcripferunt, tamen ego hic aliquid ex illis ipsis brevibus adducam.

Antequam autem ad confutanda fuperius adducta defcendam, illud pro certo habendum, futurorum quamvis præfentionem, ac prædictionem quomodocumque & à quocumque præterquam à Deo emanantem, vel per accidens veritate habuiffet, vel ex rationabili difcurfu, cum nulla tamen certitudine futuri eventus. D. Thom. *ubi fuprà.* quæ certitudo in vera Prophetia omnino eft neceffaria, unde *Deuteronom. cap. 16. verf. 21.* legitur: Quod ſi tacita cogitatione reſponderis, Quomodopoffim intelligere verbum, quod Dominus non eft locutus? hoc habebis ſignum, quod in nomine Domini Prophetia ille prædixerit, & non evenit, hoc Dominus non eft locutus. ita ut de effentia Prophetiæ fit certitudo eventus. & vide ad hæc quæ affert Io. Gerfon in *lib. de diftinct. veri à falfo. verf. quartum ſignum.* Neque obſtat, quod aliquando Prophetæ ex Deo quid eventurum prædixerint, quod tamen non evenit, ut de Ezechia, cui dictum eft, Morieris, & non vives. *lib. 4. Reg. cap. 20.* & de populo Ninivæ, cui prænuñtiavit Ionas: Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur, cum tamen neque Ezechias ex eo morbo interierit, neque Ninive ſubverſa fuerit. idemque contigit de David, cui Dominus per Nathan Prophetam multa comminatus eft ob peccatum in Vriam, & Berſabeam patratum, quæ tamen illi non evenerunt. 2. *Reg. cap. 12.* non obſtat, inquam, hoc, quia in his, ac ſimilibus caſibus Deus optimus maximus conditionaliter eft locutus, ut per Ieremiam *cap. 18. verf. 8.* ipſemet teſtatur dicens:

Si poenitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locus ſum adverfus eam, agam & ego poenitentiam ſuper malo, quod cogitavi, ut facerem ei. videntia inſuper ad hoc ea, quæ adducit D. Tho. 2. 2. *quæft. 171. art. 6.* comminatur ergo Deus hominibus mala ea conditione, niſi recedant à via mala; itaque recentibus ipsis à peccatis, & miſericordiam ab ipſo Deo expoſcentibus, ea quæ comminatur, non eveniunt; quemadmodum contra ea, quæ comminatus per Moſen Judæis eſt, ſi à Deo recederent, ſi iniquitatibus ſeſe polluerent, ſi ſuis mandatis non obediarent, omnia illis ad amiffum evenerunt, tradidit enim eos Dominus corruentes ante hoſtes ſuos, & diſperſit per omnia regna terræ, omni tempore calamitiam ſuſtinentes, oppreſſoque violentia, nec habentes, qui eos liberent. contra bona, quæ pollicitus illis eſt, ſi juſtitias facerent, & judicium, ſi veritati aſſenſi eſſent, nullatenus experti ſunt, de quibus *Deuteronom. cap. 28.*

Itaque certitudo eventus in quibuscumque diuinationibus, etiam ſi aliquo modo concedantur, omnino deſideratur, poſſunt enim aliter evenire ea, que per eas prædicantur, quam ſint prædicta. non ſic autem evenit de Prophetia, idcirco omnes diuinationes & maxima ex parte falſas, & fictas eſſe, nullamque habere cum Natura connexionem patet, quia quod ad ea ſpectat, quæ de temperatua Melancholica dicuntur, reſpondendum, quod, licet aliquando Melancholici futura prævidere videntur, (quod tamen adeo perrarum credo, ut niſi ſuprà) tamen hoc dupliciter poſſit contingere, vel caſu quodam, ut non modo Melancholici, ſed cæteri etiam homines faciunt, vel evenire poteſt ex rationabili difcurfu, exempli adducam de Iofepho illo hiftorico, qui Veſpaſiano prædiſſe dicitur imperium. hoc enim vel eſſe poteſt, quia vir ille ea prædictione conciliare ſibi voluit Veſpaſianum, vel etiam quod ſimpliciter ita eventurum ſibi perſuaderet, vel extali difcurfu, quo facile id aſſequi liceret cuicumque prudenti, ut quia deſenſio maxima vigeat inter duos Imperatores, qui virtus inextimæ erant dediti, & ad imperium regendum maxime imperti, contra vero Veſpaſianus optimus erat princeps, virtutibus addiçtus, & ab exercitu maxime adamatus, qui præcipue Imperatorem eligebat, facile poteſt vir ſapiens ac prudens, & in regimine aſſuetus, illi imperium prædicere, quamquam autem non modo Melancholici, ſed omnes homines ita interdum ratiocinari poſſunt, ut ex recta ratiocinatione eventus futuri prædicantur, tamen magis videtur Melancholicus variçnari, quia majori prudentia dotatur, & ſolidiori difcurfu utitur; confert enim Melancholia maxime ad prudentiam, ut plures Philoſophorum, & Medici omnes teſtantur, qua mediante non ita difficile eſt, factio rationabili difcurfu, quædam futura prædicere, & ex quibusdam præmiſſis maxime veritatis coherentibus nonnulla eventura elicere; quæ neque hoc modo prædicta aut præviſa illam habent certitudinem, nam poſſunt etiam vario, ac penitus contrario modo, quam prædicta aut præviſa ſint, evenire,

Quod autem pertinet ad morbos Melancholicos, clare patet etiam ex illorum ſententia, qui eam diuinationem admittunt; eam mere accidentaliter & caſu fieri, ſi modo vere fit; nam effutunt quædam ipſi Melancholici & infanientes, quæ neque ipſi intelligunt, (quod commune eſſe volunt multi omnibus prophetantibus, & futura prædicentibus. Plat. in *Apolog. Socrat. & in Convivio. Averr. in Metaph.*

*comm. 18. par. 1. diſgreſſ. Card. de var. lib. 14. cap. 48.* Vallefius de *ſacr. Philoſoph. cap. 30.* & verificatur in Caipha, qui cum eſſet Pontifex anni illius, prophetavit, neque tamen intellexit quid verba propria portenderent. hoc tamen quando veritatem habeat, & in quibus, docet D. Tho. 2. 2. *quæft. 172. art. 4.* neque nos ipſi qui audimus comprehendimus, ſed ut luber, quia omnia dubia ſunt, & in multiplicem ſenſum facillime adduci poſſunt. Ghil. de *Sorileg. quæſt. 5. num. 1.* & ex noſtris Card. de *Subtil. lib. 19.* ea interpretatur, ac nobiſmetiſis perfuademus, ea verba tale quid importaffe, quale poſtmodum ſucceſſit, aut quale in animo concepimus. ſed illud manifeſtiſſime declarat, ab accidente eam diuinationem eſſe, non quod ullam connexionem habeant Melancholici morbi cum rebus futuris, quod non omnes, ſed perrari, qui Melancholici morbis tentantur, futura prædicere creduntur, ſunt autem ii, qui in ea re demerunt, quod ſe tales, vates nimirum, Poetas, concionatores exiſtunt, contra autem ſit neceſſe eſt, ſi à Natura eam habent Melancholici morbi proprietatem: omnes enim illis deſtenti prophetare deberent, & futura prædicere, ego tamen horum nullum adhuc vidi Prophetam, cum alia ex parte Melancholicos, & infanientes prope infinitos viderim.

Præterea cum præviſio futurorum ſit perfectioris, & ſapientioris intellectus, ſi infano potius, quam ſano homini eam inſeſe dicamus, contrarium omnino erit verius: gratis ergo firmatur, facilius prævideri futura ab infanientibus, quam ab his, qui ſanam ac perfectam mentem habent. atque his non obſtantibus, Card. *lib. 14. de Var. cap. 48.* vaticinium non niſi ex mentis exceſſu & infania fieri voluit, & vates omnes amentes eſſe, quia non ſit diuinatione abſque Enthufiaſmo; in eo autem ſenſus & ratio ablegantur, quamobrem tum ex frequentu uſu, tum ex natura ad hoc parata, neceſſe eſt illos eſſe infanos. Hæc Cardanus, & tamen, ut cum Cic. in *lib. de diuinatione* loquar, & dicuntur hæc, & creduntur ſtultiſſime, cum plena ſint futilitatis & vanitatis. Quid autem dicam de diuinatione ex ſomniis? num ſomnia dixerim eos, qui ſomniis fidem habent? non abſolute quidem; nam quædam ſomnia, quæ à copia, & qualitate humorum, & ex prægreſſis actionibus, heſterniſque cogitationibus dependantiam habent, poſſunt nobis certa quædam præmonſtrare, maximeque hæc à Medicis animadverſantur, quod copia, & qualitate humorum, & conſtitutionis corporis nobis indicio eſſe poſſint. at eos ſomnia omnino dixerim, qui alia omnia ex ſomniis conjectari ſe credunt, neque ullum ſomnium tam futile, vanum, abſurdum, ac monſtroſum eſt, cujus interpretationem in medium afferre non audeant, ſuntque aliqui hominum ita creduli, imo ita mente capti, ac ſtolidi, ut ex ſomniis non aliter quam ex ipsis proſperis, ſeu adverſis ſucceſſibus, & lætentur, & mereant, ita ut exclamare cum Poeta liceat,

*O miſeras hominum mentes, o pectora cæca!* Lucr. 1. 2.  
Quid autem mirum eſt, plebejos, & idiotas his nugis fidem habere, eaſque tantopere obſervare, cum docti viri, neque poſtremæ quidem notæ tam ingniter, ne dicam turpiter, ſomniorum fallacis decipi ſe paſſi ſint? nam quid magis vanum, aut à ſeria Philoſophia alienum, quam id quod Card. de ſe, ſuaque progenie jactat, habuiſſe nimirum tam multa ſomnia mirabilia, cum ſibi cælitus injunctum per ſomnium aſſermet, ut libros ſuos de varietate,



tate, & de subtilitate confcriberet? at ego quid de me ipfo, & veritate fomniorum firmavero, quod nonnulla jam in fomnis viderim, quæ mihi ad amufim contigerint, & cui læpiffime fomniare accidat ea, quæ fequenti die facturus fum? neque tamen ob id ego vel latum unguem ab opinione jam firmata recedo, quod fomnia quæcunque vana fint, & fi quid illis eventus refpondeat, per accidens id fuccedat, nifi à Deo immiffa fuerint, vel cum humoribus, aut corporis noftri difpofitione, vel cum prægreffis phantafmatibus aliquam habeant connexionem quibus affentiri videtur D. Tho. 2. 2. quæft. 95. art. 6. militat enim hic etiam ratio fuperius adducta: nam cum prævidere futura fit, ut dixi, nobilioris, & perfectioris cujufdam potentie, jam anima dormientis fapientior, ac nobilior, & perfectior erit, quam vigilantis; quod fi nullam habet veritatem, omnes in fomno tales effe deberemus, ut nobismetipfis vigilantibus dormientes fapientiores effemus. fed dicant obfecro, num hæc proprietates divinandæ per fomnia fit hominis propria, ut homo eft, aut propria hominis quatenus in fomno permanet, & fomniat; fi primum, ergo homines cuncti ut homines id habebunt proprium, ut divinare ficut apti; at cur perpauci divinare dicuntur, cum id dicatur fecundum naturam in effe, quod in pluribus, & fecundum plurimum eodem modo fit? fi fecundum, cum fomnians fit impositio, & quatenus talis à brutis non differat, brutis autem nonnullis fit fomnium familiare, deduci hinc potest etiam bruta fomniantia divinare poffe, hi tamen qui non fomniant, ut de Atlantibus populis refert Herodotus lib. 4. & de aliis quibufdam ab aliis relatum eft, num deficient ab hominis natura, quod ut tales divinare ex fomnio non poffint?

Sed fomnis jam, ac nugis omiffis, eandem difficultates patitur ea divinatione, quam ex moribundis extorqueri conantur: non enim dubium eft, animam tunc temporis minus recte fuas funciones exercere, quam alias, ob inftrumentum, quo utitur, devafationem; at contra fit neceffe eft, fi divinare tunc potest, quod fi maxime id potest, quia tunc à corporis nexu jam quali liberata, & magis depurata, potest melius ea, quæ à fe magis diftant, prævidere, nam hoc magis divinam naturam requirit, cur non omnes prophetant, cum morti proximi funt? Ad exempla autem adducta fi profana funt, falfa ac conficta effe dico, fi facra, ut quæ de Jacob, & Moyfe afferuntur, effe fupernaturalia, & fi quid eventus his refpondeat, effe omnino per accidens dico; at non refpondere certitudinem eventus prædictionibus, fatetur Io. Huart. in exam. Ing. cap. 4. & multo magis confirmat experientia.

Ergo Prophetia, & rerum futurarum prædictio certa & infallibilis à natura in effe homini non potest. D. Tho. 2. 2. quæft. 172. art. 1. Medic. de mirab. oper. Dei quæft. 21. lib. 1. Vairus de fufcim. lib. 2. cap. 3. & 4. & ex Medicis Avic. adductus per Cæl. Rhod. lib. 9. lect. Antiq. cap. 19. quam conclusionem maxime confirmat illud Ecclefiaft. cap. 8. Et multa hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo fcire potest modo. & illud ejufdem cap. 10. verf. 14. Ignorat homo quid ante fe fuerit, & quod poffit fe futurum fit, quis ei poterit indicare? Hoc ipfum quoque infinuabat Poeta nofter Torq. Taff. Cant. 10. ft. 20. dum Magum illum Ifmenum ita Solimanum alloquentem adducit, qui ab eo futura fcire defiderabat:

*Machi io fopra il futuro, & ch'io difpieghi Dell' occulto defin gli eterni annali, Tropp'è audace defio, troppo alti preghi, Non è tanto concesso à noi mortali.*

Sed quaeritur, controverfiumque eft, an ex dæmonis ministerio futura poffint certo prævideri: nam malos aliquando prophetaffe, certum eft. Malvet. de canoniz. fanct. dub. 3. num. 23. ut de Balaam, de Sibyllis, de Sani, de Caius dixi, & per ipsam facram Scripturam firmatur. Math. cap. 7. verf. 22. non videtur autem à Deo illos prophetare potuiffe, fed potius à dæmone, cum tamen manifeftum fit, dæmonem nihil agere poffe, quod Natura vires exuperet, dicendum eft, ope illius non nifi ea, quæ aliquam connexionem habent cum rebus præteritis, aut præfentibus prævideri poffe, & hæc non ita certo, & infallibiliter, ut aliter evenire non poffint, quam prævifa, aut prædicta fuerint. Eodem quoque pacto ea, quæ ex cognitione cauffarum per aliquam artem præfciri poffunt, poterit etiam dæmon prædicere, cum fit fcientiffimus, & omnium Artium habeat perfectam, & consummatam cognitionem; at prophetare, quod eft, ut diximus futura certo cognofcere, ac prædicere, ut futura funt, nunquam poterit dæmon, quemadmodum neque alia miracula facere. Navar. in Relict. cap. Novis. de Iud. not. 2. num. 24. Quia dæmon contingentia futura ignorat, licet probabiliter conjecture. Mart. de Arles de fupernat. num. 59. Poffet quidem nonnulla prædicere, quæ nobis ob cauffarum ignorantiam omnino prophetica viderentur, & nullam vel ex prægreffis, vel ex præfentibus, vel ex ordine naturalium cauffarum habere dependantiam; hæc tamen non erit vera Prophetia, & ficut intellexiffe Vairum ubi fupra, cum hominem divinare futura, & occulta prædicere non poffe firmat, nifi dæmone mediante, id enim fic, & non aliter accipiendum.

Sed refat ultimo loco quadam prophetiæ, feu potius divinationis fpecies, que eft occultorum prælagio, qua præcipue occultas intimaque hominum cogitationes, ac paffiones, & naturales propenfiones deprehendi volunt. videtur autem fecundum noftrum intelligendi modum id in Sacris infinuatum Genef. cap. 4. verf. 6. cum Dominus Cain alloquens, Quare, inquit, iratus es, & cur concidit facies tua? ex facie enim & afpectu ipfius videbatur proprias animi paffiones detegere. cui facræ paginæ auctoritati aliæ nonnullæ concinere videntur, quas adducit Lemnius de Occult. Nat. mirac. lib. 2. cap. 26. quibus addo illam Sapient. cap. 7. verf. 20. ubi profiteatur fe Salomon ex fapientia didiciffe etiam cogitationes hominum fcire. Sed præter Sacræ Scripturæ testimonia, quæ per fe ipfa fufficere poffent, non defunt doctiffimorum hominum auctoritates, quibus hujus prælagionis veritas roboratur. Hipp. ante omnes vir fenfatiffimus, & cordatiffimus, & à nugis, & falutatibus præ cæteris omnibus alienus, ex phyfiognomia, & faciei delineatione malos, aut bonos mores denotari docuit, ut 2. Epid. 1. feft. 5. ex pilo fufo, nafi acuitate, & oculo- rum parvitate, morum pravitatem elicit; contra ex Nafi limitate, oculo- rum magnitudine eidem pilo juncta bonitatem, & alibi alia plura habet ad phyfiognomiâ pertinentia. Ariftoteles etiam de eadem multa fcripfit, & alii item fapientes, ut Polemon, Meletius, Diocles, & alii. inter fuperioris ætatis viros videnda plura funt apud Hieronymum, Manfred.

de Homine, apud quem plurima auditu non injucunda reperies. videndi & ex recentioribus Io. Baptista Porta. habet etiam plura ex Medicis noftris Vallef. & in eomm. fupernat. loci Hippoc. & in lib. de facr. Philofoph. cap. 32. & Lemn. ubi fupra, non effenam Phyfiognomiam probat, ut inter Canoniftas Roderic. Præf. crim. regul. tu. 17. cap. 50. num. 50. Torrebl. in Epitom. delict. lib. 1. cap. 7. & ex Iureconfultis Vinc. Carrarius de Med. & ejus off. par. 2. nu. 359. Qui etiam Medicus dicit effe ejus cognitionem neceffariam. Accedit his univerfus hominum confenfus, qui quali naturali infinctu ex phyfiognomia bona & ex pulchritudine bonos mores arguunt, & idecirco qui forma indignus funt, aliis digniores imperio videntur, ut infinuatur ab Arift. 1. de Rep. unde & Lucret. lib. 5. de Rer. Nat. id fibi voluit in his carminibus de primis hominibus:

*Condere cæperunt tum intels, acemque locare Præfidium Reges ipfi fibi, perfugumque; Et pecudes, & agros dirivire, atque dedere Pro facie cujufque, & omnibus ingenioque. Nam facies multum valuit, vireque vivebant.*

communiter etiam ex mala, aut bona Phyfiognomia malitiam, aut bonitatem deprehendi dicimus, unde illud Homeri Odyff. 1.

*Non enim malo in vultu fimilis videbatur.*

quæ diverfa omnino fit effigies boni viri ab effigie mali. qua de cauffa idem Homerus in Iliad. lib. 2. Therfitem delatans, cum mala phyfiognomiæ facit, nempe deformem, ftrabonem, claudum, curvum, acuto capite, pæneque imberbem, quæ omnia mali, immo peffimi hominis notæ funt, & recte quidem ex his videntur Legumperiti ex quacunque deformitate malam mentem, maloque mores arguere, ut dixi alias ex Parifio lib. 2. hor. quæft. Tit. 3. quæft. 12. num. 13. & notant etiam Vinc. Carrar. ubi fupra par. 2. num. 403. Farinac. in præf. & Theor. crim. p. 1. Tom. 2. quæft. 52. num. 165. ex quo talis Phyfiognomia facit indicium ad torturam. quia fi Medicis, & Philofophis credimus, raro admodum deformes bonis moribus præditi funt, ut teftatur præcitatus Manfred. lib. 2. de hom. cap. 4. ita ut propter eam cauffam indignis deformitas impediatur ordinum fufceptionem, ut Canoniftæ tradunt in tit. de corp. vitiat. immo & in Testamento Veteri repudiabantur facerdoes aliqua deformitate infignes, præcipue autem Levit. cap. 21. verf. 18. illa habentur: Homo de femine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo fuo, nec accedet ad ministerium ejus; fi cæcus fuerit, fi claudus, fi parvo, vel grandi, vel torto nafo, &c. ubi de nafo præcipue textus loquitur, quia, ut Melet. de Nat. hom. cap. de nafo dicebat, hæc pars præ cæteris hominis faciem deformem, formofamve maxime reddit. tandemque Legumperiti ubi torquendi plures funt in paritate indiciorum ad eliciendam veritatem, ab eo femper incipiunt, qui pejorem habet effigiem, Roderic. ubi fupra num. eod. quod notat quoque ex Medicis Wintich. de vit. menfir. cap. 37. & Riol. Anthropograph. lib. 6. cap. 3. & Vall. loco cit. lib. facr. Philof. fed idem Roderic. ibid. ex phyfiognomia capi plufquam leve indicium dicit. Ex quibus facile deduci poffe videbatur, prælagionem occultorum per phyfiognomiam non effe vanam, fed omnimodam, & infallibilem habere veritatem. Sed veritas eft, ex ea poffe defofmi conjecturam aliquam morum, & naturalium paffionum negari nequaquam poffe; aliàs autem nullam habere certitudinem ta-

lem prælagionem manifeftum fecimus, ita ut hoc ulteriori probatione non indigeat, itaque ad alia pergamus, fi modo antè una aut altera auctoritate Phyfiognomiæ fallaciam comprobavero: nam quod de Socratis effigie narratur, ut omnibus notiffimum, filentio pertranfibo, & cum Juvenal. dicam:

*Formis nulla fides.*

Prima autem auctoritas eft in 1. Reg. cap. 16. ubi Deus Samueli, Ne respicias, inquit, vultum ejus, neque altitudinem ftaturæ illius, quoniam abjeci eum, nec juxta intuitum hominis ego judico: homo enim videt ea, quæ patent, Dominus autem intuetur cor. in quibus pofteremis verbis fallaciam, quam dixi, adnotavit, quod plurimum non refpondeant internæ paffiones externæ effigiei. Altera eft Ecclefiaft. cap. 11. verf. 2. Non laudes, inquit, virum in fpecie fua, neque fpernas hominem in vifu fuo: Quafi dicat, ex Phyfiognomia ne putes te poffe deprehendere quis fit honore, aut contemptu dignus, hæc enim fallax eft. Denique fi quis auctores cogofcere cupiat, qui de hujufmodi argumento, vel fimili fcriperunt, confulat doctiffimum Barbofam in collect. Doct. lib. 5. tit. 21. Tom. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclafis vomen diverfifimode accipitur.
- 2 Ecclafis hic quomodo accipienda.
- 3 Ecclafis pro mentis raptu accepta duplex, naturalis, & fupernaturalis.
- 4 Naturalis Ecclafis quomodo fit.
- 5 Ecclafis fecundum Scalgigerum eft privatio officiorum anime fentientis, moventis, & intelligentis.
- 6 In Ecclafis fit magis aut minus inenfa Imaginatio.
- 7 Ecclafis affectus aut fymptoma eft in genere oblectationum facultatum principum. & num. 21.
- 8 Ecclafis quando poftit in Apoplexiam terminari.
- 9 Supernaturalis Ecclafis duplici modo, ut naturalis evenire potest.
- 10 In Ecclafis Naturalis corpus in aërem à terra per fe fublevari falffim eft.
- 11 Corpus grave à centro fublevari propria virtute, & in aëre fuffineri, contra Naturam eft. & fupernaturale. num. feq.
- 13 Demon elevare, ac fuffinere in Aëre potest corpora quæcunque, & per quodcunque tempus.
- 14 Supernaturalis Ecclafis alia ratione fit, quam Naturalis.
- 15 In Supernaturali Ecclafis Intellectus nofter non eft primo efficiens, fed concurrens ut cauffa inftrumentaria.
- 16 In Ecclafis fupernaturali non eft neceffarium animam à corpore feparari.
- 17 Ex anime feparatione à corpore mors contingit.
- 18 Naturalis Ecclafis à fupernaturali quomodo intermofcatur.
- 19 Cum difficile fit unam Ecclafim ab alia diftinguere.
- 20 Vtraque Ecclafis fimilis eft quoad externa figna.
- 22 Ecclafim naturalem ad cauffas præternaturales fequi neceffe eft.
- 23 In Ecclafis Naturali neceffe eft Naturam male affici.
- 24 Affectus præternaturales, nifi fanentur, labantur in deterius.
- 25 Ecclafis frequenter apprehendi folitum neceffe eft in morbum pejorem labi.
- 26 Naturalis Ecclafis aliquando levis, aliquando vero fortis.



- 27 In Ecstasi supernaturalis non est necesse concurrere conditiones in naturalis requisitas.
- 28 Supernaturalis Ecstasi non habet determinatum tempus sui insultus.
- 29 Ecstasi naturalis potest fortasse ex propria voluntate fieri.
- 30 Ecstasi naturalis initiatore tantum à voluntate dependere potest.
- 31 Nulla corporis dispositio requiritur in supernaturali Ecstasi.
- 32 Ab Ecstasi naturali quenam pati hominem necesse sit.
- 33 Naturalis Ecstasi non nisi quaedam mentis amotio, & desipientia est.

## De Ecstasi, &amp; Raptu.

## QUÆSTIO VI.

- 1 Ecstasi nomen diversimode accipi, patet ex iis, quæ retuli Lib. 2. Tit. 1. quæst. 16. num. 32. & sequ. pro nunc autem, cæteris acceptionibus rejectis, Ecstasim accipiamus pro mentis raptu, & apprehensione, qua detenti omnibus externis sensibus orbati, & motu, immo & ipsa vita videntur carere, ita ut vix à vere mortuis intertingui possint. Mercat. lib. 3. de morb. parte 1. quæst. 180. num. 34. sic definit: Ecstasi est alienatio imaginationis ab omnibus rebus cum detentione in alicujus rei consideratione. Quæ sic accepta duplex est, Naturalis dumtaxat, & supernaturalis. Naturalem voco eam, quæ naturalem habet causam, supernaturalem autem eam, quæ causam habet supernaturalem.
- 2 Ceterum quia dubitari contingit, an Ecstasi in aliquibus miraculosa fuerit, nec ne, de utriusque natura & ratione aliqua recensere necesse est. universaliter autem naturalis sequenti modo fieri solet: Facta vehementi imaginatione, ac fixa circa rem aliquam, ut circa amatam mulierem, vel etiam circa celestia, circa Angelos, circa Sanctos, (nam non ob id, quod Ecstasi fiat ex contemplatione supernaturalium rerum, idcirco supernaturalis semper & ipsa est) confluent in cerebrum animales omnes spiritus, externis sensibus, ac internis, & motui quoque destinati, unde contingit, quod quemadmodum ex Leone Hebræo dial. 3. de Amore aliàs dixi, magis multo, quam in somno ipsi externi sensus obligati, & ipsum animal omni motu carere appareat; eo enim spirituum animalium omnium confluentia à sensibus profus alienatur homo, qui in ea imaginatione hærens non secus ac in somniantibus eveniat, se præsens habere existimat, ac realiter videre & audire, quæcunque imaginatur, cum Angelis, & sanctis Dei colloqui, si circa illos imaginatio fuerit, vel celestia, ac Dei gloriam, aut inferna, & damnatorum poenas contemplari; vel cum ipsissima amata confabulari, si de ea præmeditatio existiterit; & in summa nihil differet naturalis Ecstasi à somnio, nisi quod illa vigilantia, hoc autem dormienti accidat; unde quemadmodum in somno sentientis simul, moventisque & intelligentis Animæ officia cessant, vel quiescunt, sic & in Ecstasi, quæ non aliter idcirco definitur à Scaligero exercit. 312. in Card. quam privatio prædictorum officiorum Animæ.
- 3 Fit autem in Ecstasi magis aut minus intensa imaginatio, unde major aut minor mentis abstractio succedit, & magis aut minus à sensibus externis apparet homo alienatus: nam quo intensior fuerit Imaginatio, eo major spirituum copia ad cerebrum

reperit, & locum ubi imaginatio viget, anteriorem nempe capitis partem, & sic majori in consequentibus temporis spatio durat ea mentis apprehensio, nisi interim homo stimulatus, aut ab externa aliqua causa excitatus ad sensum redeat. Faciunt & ad Ecstasi durationem, & intentionem cerebri ipsius debilitas, & fortitudo, & ipsorum quoque spirituum qualitas & quantitas: Ecstasi enim affectus, vel symptoma quoddam est in genere oblesionum facultatum principum, animalium nempe, ut ex superioribus patet; itaque ad ejus symptomatis generationem cerebri secundum ejus ventriculos debilitas contingit, & non naturalis quædam sanguinis, & spirituum constitutio, debili ergo existente cerebro, Ecstasi magis durat, non potente virtute nocentem spirituum confluxum tam cito dissipare. sic & ubi spiritus crassiores existant, & magis melancholici fuerint, difficilius dissipantur. Itaque si simul debile fuerit cerebrum, spiritus multi, & crassi, & melancholici, Ecstasi non solum interdum multum durabit, sed etiam in Apoplexiam morbum sibi congenerem, & ipsam mortem terminari poterit: est enim affectus hic Apoplexiæ adeo similis, ut uterque eodem nomine Apprehensionis nempe, & detentionis insigniatur, licet aliquando Catalepsi consimili quoque cuidam morbo magis convenire videatur. Mercat. lib. 3. de morb. par. 1. quæst. 180. num. 34. nam interdum Ecstasi detenti non minus quam Catalepsi eodem modo, quo apprehensi sunt, permanere solent, nimirum si stantes, scribentes, jacentes, meditantis apprehenduntur, stant, jacet, ac scribere, & meditari videntur, ut de Socrate evenit, de quo narrat Plato in Convivio in ratione Alcibiadis, quod integro die eodem vestigio cogitabundus steterit: aliàs autem Ecstasi ut Apoplexici cadunt, & quasi mortui jacet, ut de se narrat Balaam Num. cap. 42. vers. 4. Dixit Auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi ejus; hoc est tunc visionem Dei contemplantur, cum tanquam mortuus cadere conspiciunt, innuens modum suæ Ecstasi: uterque enim modus locum quoque habet in Ecstasi supernaturali. Sed alii præterea sunt Ecstasi, qui à terra in Ecstasi elevantur, & quasi in Aere librati permanent; hoc autem (quicquid conati fuerint nonnulli affirmare) in naturali Ecstasi est ab omni veritate alienum: contra Naturæ enim propensionem omnino est, corpus grave à centro propria virtute sublevari, & in aere sustineri: sed vide obsecro quam avidi nonnulli scriptores sint narrandi, immo potius effingendi miracula, qui Imaginationem supra Naturæ vires posse existimant, & viros quosdam effectus aptam natam esse producere, quos aliàs ipsa Natura producere non potest, ut hic est, elevatio nimirum corporis gravis à centro ex propria virtute facta, & ejus permanentia in aere: nam & hoc à viribus imaginationis fieri posse prædicant, ac fabulantur; quod tamen esse supra Naturæ vires, ac miraculosum pro certo esse debet, atque ubi apparet, aliis conjunctis, & probationibus bonæ vitæ concurrentibus pro miraculo acceptandum, abique eo quod quicquam dubitetur, an miraculosus effectus sit, nec ne.

Quod autem Dæmon elevare possit corpora quæcunque libuerit, & in aere sustineri, non controversum est. D. Tho. 2. 2. quæst. 75. art. 1. idcirco tantum corporis sublevationem miraculosam esse dixi,

- dixi, quæ ex se fit, nimirum nulla virtute naturali, aut Dæmoniaci, sed divina tantum corpus sublevante.
- 14 Ceterum supernaturalis Ecstasi alia ratione, quam naturalis fit, nullisque legibus obligata esse potest, fit namque à causis supernaturali, à Deo nempe, vel Angelis avocationis mentes nostras ad divinorum contemplationem, cum per eam mentis avocationem ab his sensibilibus sese nobis infinuare volunt; in quo actu non fixatur Anima in præexistentibus phantasmatis: nulla enim phantasmata præexistere possunt eorum, quæ nobis in supernaturali Ecstasi præsentantur, sed omnia à Deo, vel ab Angelis divina quadam, ac longe à Naturali dissimili ratione ostenduntur quæcunque illi videre nos volunt, in eo autem actu Intellectus noster non ut primo efficiens, sed ut instrumentaria causa concurrat: Deus enim ipse in hac Ecstasi est causa primo efficiens, neque potest absque ejus virtute ullo modo fieri. Martin. Delr. disquis. Magic. lib. 2. quæst. 15. Si quæ vero phantasmata celestia representantia potest subjicere Dæmon Intellectui nostro, ita ut Ecstasi supernaturalis effigiem simulet, ea falsa sunt, & naturali modo Intellectui offeruntur.
- 15 Notandum autem, quod quamquam in supernaturali hac Ecstasi non fixatur anima nostra in phantasmatum contemplatione, sed in representatione quadam spiritali ab ipso Deo, vel Angelo immissa, non tamen in eo actu animam à corpore separari necesse est, unde non contemndi erroris notatur Bodinus à Delrio ubi supra. Et à Torreblanca in Epitom. de lib. cap. 20. num. 7. cum lib. 2. Demonoman. cap. 2. Animam in Ecstasi à corpore migrare, illudque deserere voluerit, quod ab ipso Delrio satis superque ut erroneum, & à vera fide alienum, confutatum est, si modo hoc tanquam necessarium, & conditionem sine qua non concurrere admiserit Bodinus: nam à Deo fieri id quodcunque posse non controversum est. Torreblanca ibid. num. 11. Et idcirco quod Paulus de se ipso narrat, quod raptus sit usque ad tertium cælum absque eo quod seveiret, utrum hoc in corpore, vel extra corpus fuerit, adhuc indecisum manet, cum utrumque ex divina potentia esse poterit. Illud certum est, quod notavit etiam Delrius, ex Animæ separatione à corpore mortem contingere, unde si de necessitate in Ecstasi anima à corpore separatur, de necessitate homo in Ecstasi moritur, & cum ad vitam restituitur, resurgere dicendus est, Anima denuo in corpus, à quo jam separata fuerat, commigrante; ita ut plura miracula absque ulla necessitate operatus fuerit Deus, cum potuerit unice tantum Ecstasim excitare. Sed video in hoc excitata alia dubia, an nimirum in Ecstasi fiat abstractio ab omni motione appetitus sentientis, & virtutis moventis ac nutrientis, ac certe cum anima, ut probatum est, præsens fit in corpore, etiam si abstracta sit in contemplatione, potest tamen suis facultatibus, & mediantibus spiritibus exercere omnia sua munia. sed de his videatur post D. Thom. & alios Suarez de virt. & sci. veliq. lib. 2. cap. 18. Tom. 2.
- 16 Sed jam his ad Theologos relegatis, ad ea, quæ magis ad nos spectare videntur, revertamur, ac videamus, quomodo interno fieri possit & debeat naturalis Ecstasi à supernaturali; quod tamen duplici ex causa valde operosum est: prima quia eæ, quæ hanc ab illa distinguere possunt conditiones, occultæ sunt, & sensibus ignotæ. Secunda quia quoad ea, quæ exterius apparent, ambæ ita

conveniunt, ut unius ejusdemque speciei de necessitate ab omnibus judicentur: etenim ea una conditio, quam recensimus, de corporis elevatione, quæ potest esse maximum ac evidens signum supernaturalis Ecstasi, neque in omni Ecstasi fit, & potest in naturali, operâ Dæmonis, apparere. quomocunque tamen sit, nonnulla adducenda, quæ saltem aliquam conjecturam faciant, Ecstasim esse potius supernaturalem, vel viceversa judicandam. In mentem ergo redigendum id, quod paulo superius dixi, Ecstasim nimirum, quæ naturaliter fit, esse morbum quemdam, seu affectum, vel symptoma præternaturam, quod etiam Card. lib. 19. de subtilit. & aliis acceptum est. unde re ita se habente necesse est, cum affectum ad causas quoque præternaturales succedere, quæ erunt præcipue capitis dyscrasia, seu intemperies, quam Mercatus loco aliàs in hac questione citato frigidam & siccam statuit; ejusdem naturalis, seu accidentalis debilitas, sanguinis item, ac spirituum non naturalis constitutio. Ob eandem insuper causam, nimirum quia affectus est præternaturam, necesse est ab eo Naturam lædi, præsertim, cum pars affecta princeps sit, & principes quoque lædantur functiones. Præterea cum affectus præternaturales, præsertim si magni sint, (extimata in hoc casu magnitudine non respectu unius rei tantum, sed plurimarum) nisi sanentur, omnino labantur in deterius, in alios scilicet deteriores morbos, vel in mortem, idcirco necesse est, eum, qui naturaliter corrumpitur, (sic naturaliter etiam de causa morbifica intelligens) vel in Paralytim, vel in Apoplexiam, vel in consimilem alium morbum, vel in ipsam mortem temporis progressu lapsam iri, nisi & affectus levis fit, & jam quasi connaturalis evaserit, ut nonnullis evenisse compertum est, vel saltem admodum raro prehendat. sciendum enim, Ecstasim naturalem aliquando levem esse affectum, & quem facile Natura ferre potest, aliquando fortem, ac detentioni, seu Catalepsi simillimum, & Naturæ maximam vim inferentem. In levi, qualis tunc fit, cum intensa ac fixa imaginatione detinemur, & qualis vigere solet in hominibus, qui vel scientiarum, vel divinarum rerum contemplationi sunt dediti, & in Melancholicis, non habent locum ea, quæ superius relata sunt, sed in forti maxime, quæ quidem proprie Ecstasi dici debet, qua correpti omnino exterioribus sensibus destituntur, & tanquam mortui apparent. Circa levem autem Ecstasim non est quod quidquam nos remoretur, cum ea facillime dignoscatur esse naturalis affectus, nec possit ita supernaturali similis fieri, ut dubitari de ea possit, an miraculosa fuerit, nec ne.

His ergo præsuppositis evidenter apparet, conditiones illas, quas de naturali Ecstasi retulimus, nequaquam de necessitate in supernaturali concurrere, sed eam non alio modo fieri, neque diutius durare, neque alia ratione hominem afficere, quam quomodo supernaturali causæ ipsam excitanti libitum fuerit. itaque non habebit supernaturalis Ecstasi determinatum tempus sui insultus, naturalis autem maxime. Fit enim ac concitari potest, magis ac promptius hoc vel illo tempore, pro ratione, qualitate, & quantitate peccantium, & fluentium humorum, & pro temporis etiam constitutione, & sic habere poterit quosdam paroxysmos, & exacerbationes, seu insultus, ut cæteros præternatu-